

# Assecuratio similis Reginae —

107

Dona cphortia Dei gratia Regina Polo-  
 niae etc: Significamus etc: Quia cum Elez-  
 do et confirmato in Regem Serenissimo Do-  
 mino Sigismundo secundo filio nostro Cha-  
 rissimo per universos ordines tam spirituales  
 quam saeculares Regni nostri Polonici de-  
 renissimus Princeps Dominus Sigismun-  
 dus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux  
 Lithuaniae etc: Dominus et coniux noster co-  
 lendissimus gratitudinem suam erga ip-  
 sos ordines Regnicolarum suorum ostende-  
 re volens, quod maiestate sua vivente im-  
 minentibus periculis occurrendo spontanea  
 et libera sua voluntate degerunt et corona-  
 verunt ipsum Charissimum filium no-  
 strum post obitum Parentis sui regnata-  
 rum literas maiestas sua fideiussorias  
 eisdem ordinibus et statibus Regni concepe-  
 rit quibus et se ipsum et filium commu-  
 nem nostrum Charissimum Maiestas  
 sua obligat de prestando per illum  
 juramento

1

iuramento Regno debito cum ad statum legiti-  
mam pervenerit, pariter, declarare, volentes  
quod grato animo susceperimus hanc fidem  
& protectionem erga nos & Serenissimam  
prolem nostram eorundem Ordinem optima-  
tum & Regularum Regni nostri, & quod  
et animo cupiamus provisum, ut in futurum  
Privilegiis & libertatibus & immunitatibus  
ipsorum tenore presentium promittimus &  
nos una cum ipso Serenissimo filio nostro  
obligamus quod in eventum decessus, Serenissimi  
Coniugis nostri quem Deus procul abesse  
velit, ipse Charissimus filius noster ad eta-  
tem legitimam hoc est ad annos statis sue  
ac completos perveniens, id totum presta-  
turum sit: quod omnes Reges Bohemie ex  
debito Regno suo prestare, consueverunt et ad  
quod omnibus suis post se, pro illo hies suis  
& illum una obligavit, ut in literis ipsis  
est latius expressum, ad quod totum obser-  
vandum, & huic debito satisfaciendum, pro-  
dico Serenissimo filio nostro spondemus, &  
nos eodem tenore & conditionibus quibus ip-  
se Serenissimus coniux, noster se obstrin-  
xit obligamus. In cuius rei testimonium  
sigillum nostrum est presentibus appen-  
sum. Datis Cracoviae in conventu gene-  
rali Sabatho proximo ante, Dominicam  
Letare anno 1530. Ludovicus Alipsius  
Jure Pils Mitis Secretarius—